



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LXXII. Qualia Luthero-caluinistarum sint in Sanctos Conuitia & Calumniæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

tus arricole; aut mallei vomer, quem cudit faber.

**AUTOR.** Sat docui ex ipsiusmet cōtra ipsos, quod vñlum fore iudicium negare cogantur. At verò sunt ea indigna Christianis auribus; calamo indigniora castigatio: nec locum reperiunt apud quenquam, nisi quem par furia spiritus infatuārit. Quales brachio sacerulari relinquent, aut Deo Vindici, censeo.

Verum quantò Christianis istis aliter ac sanctius Ethnici ac Turcæ? *Homini*, ait Cic. in *Lælio*, datur ascensus in celum propter mentem, virtutem, fidem. Alcoranus in Azoara 1. *Omnis rectè viuens M̄humetes, bonique gestor indubitanter diuinum amorem asequetur. Et passim Azoara 27. 28. 39. 45. Secundum modum operum suorum quemque Deus remunerabitur, tribuens vitam aeternam.*

## VI. DE SANCTO- RVM CVLTV.

### QVÆSTIO LXXII.

*Qualia Lutheri caluinistarum de  
Sanctis sint Mendacia, & in  
eos Conutia?*

**D**E Mendaciis repeate ex meo *Mendace Antipapiſt.* q. 4.

**CONVITIA LVTHERANORVM**  
& Calumniæ sunt blasphemæ, factis & dictis declaratæ.

I. Factis quidem, vt cum Imagines S. Crucis, Christi & Sanctorum exculant, natibus & auribus truncant, mutilant manus ac pedes, totoque corpore statuas fecerint, & comminuant: cum

SS. Reliquias, corpora, & lypsanothecas, templo Sp. Sancti, cum aris ipsis euer-tunt, & profanant.

2. Lucianus impius Deos falsos de-ridiculos fecit, ac irrisit: At Erasmus Amicos & Domesticos Dei irrisui propinavit. Ecce Verba impia eius in Colloquio, Naufragium.

*Num imminentia mortis periculo Diui cuiusquam im-plorasti praesidum? Cui alter? Ne id quidem. Quam-obrem autem? Quia spaciosum est caelum, si cui Diuorum commendauero salutem meam, (puta Petro, quia fortasse prius audier, ut proprior ostro) priusquam ille conuenienter Deum, priusquam exponat causam meam, ego iam pe-riero.*

Piô jocos impios!

3. Eodem in libro, more Lucianæ, B. Virginem, Chrysostomo verè Seraphi-cis sanctiorem, in locum ponit impuris-simæ Veneris, in præfectura maris.

4. In Dialogo etiam de peregrinatione singit B. Mariam ad Glaucoplatum scribere talia: *Quod Lutherum secutus strenuè sardes supervacaneum esse invocare Diuos, à me quidem iste nomine bonam magnamque gratiam te iniisse feci; Nam antehac tantum non enerabam improbiti mortalium opprobriationibus. Ab una petebantur omnia; quasi filius meus: semper infant esset; Quia talis singitur, pingiturque in finu meo.*

Vah! Christianum talia?

**LVTHERVS,** *suprà quest. 38* Pluris non facit B. Virginis preces, quam cuiusquam è vulgo: quid simus æque sancti, ac illa.

**AUTOR.** Ecquid igitur Bernardus tot enumerat Prærogatiwas B. V. Mariæ? Chrysostomus B. V. dicit Cherubin hono-ratiorem, Seraphin gloriostorem? Quid Anselme ait: *Ea puritate nitere Mariam, quam maior sub Deo nequeat intelligi?* Si æquè sancti omnes, ac B. Maria; quid illi tropæum Virginitatis, cum maternitatis honore? Quò illi toleratia tot, ac talium cum Filio suo Christo? Quo gladii cor penetrantis patientia? Ut sancti fierent Martyres, Confessores, &c. quāta subie-runt? Lutherani, sine talibus, æquè sancti sunt, sc. aciusti. P 2 Quin-



**QVINTINVS**, Sutor & auctor Libertinorum, teste Caluino lib. de instruct. contra Libert. c. 9. in Sanctos perulantissimus, Paulum appellat *Vas confactum*: *o* *ninem iuuenem solidum*; *Mariham, fane* *rato* *m*; *Per-* *trum, Christi abnegatorem*.

**CALVINVS** istam verè & severè arguit impietatis: sed ipse impietate immanior fuit. 1. Nam Veteris Testament. Sanctos proscindit *Instit. lib. 3. cap. 14. §. 11.*

Abrahamum idololatram facit. c. 2. §. 31. Sara peccauit ei ancillam viro supponens. Rebecca imposturis Dei Veritatem corrupit, Iacobum mentiri coegit. Iudas, l. 3. c. 5. §. 8. vir præposteri Zeli, pro mortuis sacrificium fecit. Sephora, lib. 4. c. 15. §. 20. Stulta mulier peccauit, filium circumcidens. &c. Moyses, in 32. *Exod.* imperiosè legem Deo præscripsit, suâque eum exuit iustitia.

2. Novi Testamenti Sanctos inuocatos, ait, habere aures oportere à celo ad terram porrectas, si exaudire debant. *Instit. l. 3. c. 20. §. 27.* Appellat Mortuos, *Vmbras, Larvas, Colluuiem*: In lib. de vera Ecclesiæ reformat. vocat *Monstræ, carnifices, bestias*.

**A V T O R.** Nec Ieruos suos sic appellarci tulisset. Christe, talia qui tuleris? Tu de talibus dicis ac spondes, Apoc. 6. Si quis vicerit, dabo ei sedere in Throno meo; sicut ego vici, & sedi in Throno Patri mei. Nos tecum, Christe, contra Hagiomachostales, Lutheri, Caluinique Maiores. Porphyrium, Julianum, Vigilantium, Wiclefum, &c. stabimus irretorto oculo, pede irremoto. Tu nos Adiuua. Lector consulat doctissimum Nic. Serarium in Litaneutico lib. 2. c. 14, 16. de prædictis Caluini monstrosis calumniis in Sanctos.

### Q V A E S T I O LXXIII.

An Sancti corpore exsoluti sint in celis beati?

**L**UTHERVS in ptelest in Genesim, teste Fri. Staplio in par. 2. Theol. Lub. Negat.

**CALVINVS** *Instit. l. 3. c. 20. 29.* Solum:

Christum vult in Sancta Sanctorum ingressum; reliquos residere in atrio adiisque mundi consummationem. *Ibid. §. 24.* Aut mas dicit eas fide & spe nobiscum coniunctas eadem: proinde vitione carere beata. cap. 25. §. 6. *Stultum*, ait, & temerarium quare, quo in loco fint anima in storum, & an gloria fruantur. & ipse non frui audacter definit. Vide supra quest. 67. & in mea Genealog. par. 1. quest. 18.

Quædem in hæresi olim hæserunt (pater Tertull. & Vigilantium) etiam ARMENI, teste Guidone in Summa de heret. Et GRACI, teste S. Thoma in Opus. 6. c. 9. Hi arguta mouent, quibus nostrates pugnant Notiores.

**S V A D E N T** verò istis. 1. *Matth. 25.* Merces operariis datur ad vesperam: id est plena beatitudo post extremum iudicium. 2. *Hebr. 11.* Hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt recompensationes; Deo prò nobis aliquid melius prouidentes ut non sine nobis consumarentur. 3. *Apoc. 6.* Vidi sub aliis anima interfectorum.

4. S. Patres Græci, Latinique sic doces, post extremum iudicium Sanctos primam fore beatos, quando præmia & pœnae tribuentur.

5. Nec Christi anima protinus à monte celos beata perivit: in inferno degit adiuncta resurrectionem: sic & nostræ, quarum exemplar est Christus.

6. Vel dæ nones ipsi punientur post iudicium extr. non iam. Vnde Matth. 8. *Vestiti ante tempus torquere nos*: *Luc. 8. Deprecabantur eum, ne imperaret illis*, ut in Abyssum irent.

7. *Ioan. Scharpius Scotobritannus in Cursu Theol. p. 2. c. 37. q. 1.* arguit Bellarmine falsi, quod dicat Caluinum negare Sanctos in Dei visionem admisitos esse: assertaque nobiscum multis sententiam Catholicam.

**A V T O R.** Plurima hic paucis decidenda videntur.

**L**. In Veteri Test. clausam cœli vim Chri-

